



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Examinetur etiam incantu Choralis, n. 31.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

quantum possit in horarijs precibus recitandis : ordinatus verò sciat se, secundum Canonicas sanctiones, ad istas preces quotidie persoluendas sub pœna peccati mortalis, & si beneficiatus est, restitutionis insuper fructuum pro rata temporis, quo Officium non impleuit, obligatum; ideoque vnusquisque huic obligationi studiosè latis faciat.

*a Concil. Prouine. Coloniens. sub Herman-
no 5. part. 1. c. 21. & 22. ac sub Adolpho 3.
Archiepisc. Coloniens. De Altero Medio. c.
Deinde visum &c. pag. 431.*

Examinetur etiam in cantu Choralis.

XXXI. In Cantu ecclesiastico addiscendo hactenus magna ordinandorum negligentia animaduersa fuit, non sine graui scandalo populi, vt aut muti sint multi in Choro Clerici cantus Ecclesiastici imperiti, aut in voce inconcinna & absoua mutis deteriores sæpe reperiuntur: quare seriò mandamus omnibus ad sacros Ordines aspirantibus, vt Cantum Gregorianum seu Choralem ex principijs, vsu, atque exercitatione
addi-

addiscant. Cuius etiam in examine post-
hac rationem accuratam haberi volu-
mus.

*Clericali Tonsurâ insigniendi, quo tempo-
re, loco & habitu comparere debeant.*

XXXII. Ad primam Tonsuram, aut
etiam minorum Ordinum aliquem ad-
missi feriâ sextâ matutinâ, horâ octauâ
in domo generalis nostri in Pontificali-
bus Vicarij adsint Clericali vestitu in-
ducti, capillitio abscisso, seu decenter cõ-
posito, a & superpelliceum atque cereû
singuli in promptu habentes; qui ubi
Clericalem Tonsuram, vel aliquem Or-
dinum minorum susceperint, sicut &
singuli maioribus Ordinibus initiati, b
in vertice capitis coronâ sibi radi curent
pro vniuscuiusque ordinis, gradus ac
status qualitate latam, eamque conspi-
cuam perpetuò deinde gerant; ac secun-
dâ vel tertiâ qualibet hebdomada, atque
præcipuis anni festiuitatibus faciant re-
nouari; vt hoc antiquissimo Ecclesiæ ri-
tu significant, se superflua omnia, curias-
que omnes seculares ac terrenas sollici-
tudines